

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**Wersja sandomierska**

Rękopis Rosyjskiej Akademii Nauk w Sankt-Petersburgu, sygn. Ban. F 143, k. 130v

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuły 52-53 [Gn. 51]

[52] Omnis^a querimonia ac testimonia, quecumque cum criminosis violenciis cum clamore ad iudicium, in facto manifesto deprehensa et deducta fuerint, virum metseptimus^b protestari oportet circa ius pacis, exceptis vulneribus, que monomochalia non fuerint.

^a ozdobny inicjał O wysokości dwóch wersów; ^b metviius

[53] Manifestum^a factum ibi dicitur, ubi vir rapitur cum furtu aut deprehensus ad iudicium ducitur cum clamore. Eciam manifestum factum ibi esse dicitur, ubi viro gladius aut cultellus, aut alia furtiva in manu sua deprehensa fuerint, cum quibus pacem infregit, aut si in fuga facti deprehensus fuerit, et captus ad iudicium cum clamoribus deductus fuerit. Hunc actor metseptimus^b vincere oportebit circa ius pacis. Et factum manifestum dicitur, quam quis scienter claves ad furta gesserit, aut ea in sua defensione tenuerit, nec sint tam parva [s], quod ad senestriam [?] cellarii reponi sive ipsius scitu valeant. Stuprum, obsidium et irruenciam domiciliorum, et furta probantur cum VII testibus protestando. Si vero de istis conqueritur, extunc suam querimoniam sic debet procedere: “Domine iudex, ego conqueror Deo et vobis, quod homo iste venit intra municipalia, et in me pacem violavit, aut me stupravit et spoliavit corpore et rebus et honore muliebri, de quo sufficiens habeo testimonium per hos, qui meum clamorem audierunt, et volo hoc factum protestare [s], ut iure debeo, et requiro in sententia diffinitiva, quomodo eo ipsum vincere debeam, ut michi proficiat in iure meo.” Extunc ille petat satisfacionem, si vult, quam sibi facere oportet, et dicat se de facto innocentem. Tunc tutor mulieris interroget in sententia diffinitiva, si mulier violenciam melius et citius protestari poterit cum hiis, qui suum clamorem audierunt, quam evadere possit. Et hoc si protestabitur, ut iuris est, adversarius collum demeretur. Idem iudicium super irruenciam domicilii iudicatur.

^a ozdobny inicjał M wysokości dwóch wersów; ^b metviius

[hasła: skarga, przemoc, przestępstwo, sąd, gorący uczynek, samosiódm, przysięga, współprzysiężnik, pokój, rana godna pojedynku, kradzież, obwołanie, miecz, nóż, sztylet, ucieczka, pokój, zasadzka, gwałt, honor, gwar, zabezpieczenie, niewinność, uwolnienie od skargi, kara śmierci, prawo]